

salubris vita est ibi sanitas eterna. Si facietas aut ebrietas. satiabuntur de gloria et inebriabuntur ab ubertate domus dei. si melodia ibi canunt angeli. si societas et amicitia ibi est beatum societas et omnium una voluntas. si honores et diuitie gloria et diuitie in domo eius. si securitas et certitudo ibi omnium tempus eterna longitudo. **O** cor humanum. cor indigestum cor expertum erumpis. immo obrutum erumpis. quantum gauderes si hijs omnibus habundares. Interroga intima tua si cape possint tantum gaudium suum de tanta beatitudine sua. Si homo de tanta beatitudine dixit capere gaudium proprium. quanto capax erit tantorum gaudiorum. quantus est numerus electorum. **U**bi unusquisque diligit tantum primum suum quantum seipsum et de suo gaudio tantum gaudium quantum diligit. ita etiam quisque plus absque estimatione de dei quam de sua. et omnium electorum gaudet felicitateque. sicut deum toto corde tota anima tota mente diligit. ita ad plenitudinem illius gaudij totum cor. tota anima. tota mens non sufficit. quia tantum gaudebunt quantum amabunt. quantum videbunt. certe nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit. quantum te amabunt. et cognoscent. sancti dei. **O** deus meus cognosce te. amem te. et eternaliter gaudeam de te. et si non possum ad plenum in hac vita. crescat saltem hic notitia. et amor. ut ibi sit plenum gaudium. hic sit in spe. ut ibi sit in re. **D**omine pater pro filium hic iubes et consulis petere et permittis accipere. ut gaudium nostrum plenum sit. **P**eto domine quod per admirabile consiliarium tuum consulis petere et permittis accipere. ut meditetur de hoc mens mea. sermoinetur os meum. loquatur inde ligua mea. efuriat anima mea. fiat caro mea. donec in trem in gaudium dei mei. qui est trinus et unus benedictus in secula.

**E**xPLICIT. Soliloquium venerabilis. Bonaventurę.